

Joachim Heinrich Pries


Rectore Academiae Rostochiensis Magnificentissimo, Serenissimo Principe Ac Domino, Domino Friderico, Duce Megapolitano ... Festvm Natale Dvlcissimi Nostri Servatoris Iesv Christi Indicit ... De Qvaternitate, Doctrinae Nostrae De Vnione Personali, Perqvam Iniqve Impvtata

Rostochii: Typis I. I. Adleri, [1753?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862197104>

Druck Freier  Zugang





a. B.
48. 6. 341.

67

Fa-1092 (67.)

- | | |
|--|--|
| 1. Michaelis n. versio p. Surae | 22. Schubert de peccati
in spiritum s. irremissibilitate |
| 2. Ribouius de Christo Redemptore | 23. Manfueti Terrae
haeredes. |
| 3. Walchius de Obedientia Christi. act. | 24. Hane de adoptione
diuina |
| 4. Hoffmanni Explanatio comatis
p. II. versu. 7. | 25. Sturm de Professorum
privilegiis |
| 5. Gotterubi de Obscuritate Epist.
Pauli | 26. Walchii de litteris
electorum confessionis
thesibus. |
| 6. Gindan Brief | 27. Pfeiffer de Reconciliati
one cum Deo p. Iesum Chr. |
| 7. Bopi Tentamen Electrica | 28. Gutorff de Olei. et
vini praeparatione
vsuque. |
| 8. Brückner de Iuramento
Studioforum | 29. Rambachii Pellis
ouina. |
| 9. Novati de Würzburgischen Briefe
in Pflöschli wölfige Anmerkung | 30. Essenz. Kräftig. der
Grüner der Gicht wölfige
Bischoffs der Juristen Anmerk. |
| 10. Haufsdorf de ordinatione
Timothei | 31. Haugk de Tincturis
alcalinis aquosis |
| 11. Hofmanns mässige Wort d.
Glaubens. Ich lasse die nicht. | 32. Musicalische Götter
bey der introduction zu
H. Moritz in Galle |
| 12. Neureuter de Iure capituli
moquantini | 33. idem bey der Anzucht
et. Praeparat. der Gicht
et. Praeparat. der Gicht |
| 13. Martinus de Iacobo de
Nisa vulgo Iacobello. | 34. Kraffius de Vaporum
et Halituum generatione
et elevatione Physica |
| 14. Marcus Catulus de Catone | 35. Doppelmeyeri Physica
experimentis illustrata |
| 15. Vogelii Sociographia | |
| 16. Programma scholasti. de
falsis fictisq. religionibz | |
| 17. Willius de Possibilitate
miraculorum. | |
| 18. Pries de Quaternitate
doctrinae et Vnionis persf. | |
| 19. Meisnerus de Bonis
Civitatatum primariis. | |
| 20. Isaaci Penei thesis
de Advocatis liberarum | |
| 21. a Winckheim ad audiendam
orationem invitatio auditores
praemissis breuibus vindicis
Pomponati contra Beylum | |

36. De attractione et
electricitate
37. Seudellii inuitatio
ad cursorias quas dicunt
lectiones.
38. Manfueti Terrae
haeredes.
39. Meisner de Bonis
civitatum primariis
40. Programma scholastica
de falsis fictisque
religionibus
41. Carrach de Paschalibz.
42. ~~Quoniam~~ Gilsfeld
Auzsig.
43. Vnde de Fine bonorum
44. Buddei questio an
naturali homines
polleant vaticinandi
facultate.
45. Fechtius de Statu
infantium
46. Treuerus de vera
causa Luminis bore
alis etc.

RECTORE ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO FRIDERICO,
DVCE MEGAPOLITANO, PRINCIPE VETVSTAE GENTIS
HENETAE, SVERINI AC RACEBVRGI, COMITE ITEM SVERINENSI,
TERRARVM ROSTOCHII AC STARGARDIAE DYNASTA,
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO.

✽
FESTVM NATALE DVLCISSIMI NOSTRI
SERVATORIS IESV CHRISTI

INDICIT,
AD EIVSQVE PIAM CELEBRATIONEM
CIVES ACADEMIAE O. O. HONORATISSIMOS,
INPRIMIS DOMINORVM STVDIOSORVM

CORONAM,
PRO OFFICII RATIONE COHORTATVR,
NONNVLLA,

**DE QVATERNITATE,
DOCTRINAE NOSTRAE**

DE
**VNIONE PERSONALI,
PER QVAM INIQVE
IMPVTATA,**

PRAEFATVS,
**MODERNVS ACADEMIAE PRO-RECTOR,
IOACH. HENR. PRIES**

S. S. THEOL. D. PHILOS. PRACT. P. P. O. ET AD AEDEM D. IOH. PASTOR.

ROSTOCHII,

TYPIS I. I. ADLERI, SEREN. DVCIS ET ACAD. TYPOGRAPHI,



כ ש ו

Frequentius, omni fere tempore, in Ecclesia auditum est *Quaternitatis* (*τετραδος*, *Biersaltigkeit*, *Bierpersönlichkeit*) et *Quaternariorum*, (*τετραδικων*) nomen. (1.) Intelligi hoc ipso solet error, qui *Trinitati quarti quid adjungit*, ceu ipsum vocis etymon jam indicat. Factum id esse duplici ratione, hinc duplicem dari *Quaternariorum* classem, testatur historia concertationum in Ecclesia. Hujus enim erroris qui accusati sunt, vel præter tres Deitatis personas adhuc quartam confinxisse, vel inter tres Deitatis personas & essentiam Diuinam realem statuisse perhibentur differentiam. Cum hætenus, qui idem mecum volutarit saxum, ignorem, quantum pro instituti ratione licet, historiam huius erroris consignabo paucis, primas nunc saltim commentationis uberiores lineas ducturus, quæ suo tempore, si DEus vitam et otia, et imprimis majorem apparatus, qualem plenior deductio historica requirit, gratiosissime mihi concesserit, subsequetur.

Et quidem, quod ad posteriorem *Quaternariorum* classem attinet, eorum scilicet, qui inter tres DEitatis personas et essentiam

(1.) Adhiberi etiam solet *Tetratheismi* et *Tetratheitarum* nomenclatura, quamvis ea aliud quid significare videatur. Quod si enim ad analogiam vocis *Tritheismi* et *Tritheitarum* dijudicetur, tales innumeret, qui quatuor in Deo essentias, quatuorue Deos statuunt, quales hætenus ignorat historia hæresum.

tiam realem finxisse differentiam, hinc præter tres personas quartum assumisse accusantur, primus omnium huius erroris reus habetur GILBERTVS PORRETANVS, Seculo XII Episcopus Pictauiensis, qui testibus (2) BERNHARDO, Clareuallensi Episcopo, GAUFREDO, Monacho Clareuallensi, et OTTONE FRISINGENSI, variis certaminibus occasionem dedit, damnatus in Synodo Parisiensi et deinceps in Concilio Rhemensi, cui ipse Pontifex Romanus EVGENIVS III præfuit. Inter alia etiam negasse fertur: *Summam illam essentiam, qua tres personas profitemur unum Deum, esse Deum*, quamvis postmodum hanc suam sententiam retractarit, eamque non simpliciter se velle intellectam dixerit, variisque distinctionibus emollire voluerit. Quæ vera ejus mens fuerit, maxime disputatur. Sunt qui ad Tritheismum, sunt qui ad Sabellianismum, eum delapsus fuisse perhibent. (3) Sunt vero qui Quaternariis eum accensent (4.) Nec his ego refragarer, si, me iudice, certum foret, utrum reale, an vero saltem ideale inter personas et essentiam admiserit discrimen (5). Altero loco ponendus

A 2

us

- (2.) Vid DIONYS. PETAVIVS *Dogmat. Theolog. de Trinitate libr. 1. cap. VIII. §. 3 p. 61*, NATAL. ALEXANDER in *Histor. Ecclæs. Tom. VI. cap. IV. pag. 486. seqq. et 806 seqq.*, pluresque alii.
- (3.) Vid. Celeb. WALCHIVS *de origine et progressu Tritheismi pag. 66.*
- (4.) Fecit id imprimis VASQUEZ apud DION. PETAVIVM l. c. § 6. pag 62., quem sequuntur alii, e. gr. b. noster HENR. MULLERVS in *Theolog. Scholastica §. 352 pag. 263* et ex Calvinianis BENED. PICTETUS in *der christl. Gottesgelahrtheit Tom. I pag. 614.*
- (5.) Ita de tota hac lite iudicat Celeb. Dnus. Cancellarius a MOSHELM in *institut. Histor. Christianæ antiquioris pag. 719, 720*, et quidem, nisi omnia me fallant, optime, Non enim negari potest, primo statim intuitu verba PORRETANI hunc fundere sensum, et præterea Concilium Rhemense, cuius effatis semet conformavit PORRETANVS, ipsum ita intellexisse. Id quod ex Symbolo fidei ipsi opposito liquet, in quo inter alia ita „*Dum de tribus personis, Patre, Filio, et Spiritu S. loquimur, ipsas unum Deum, unam divinam substantiam fatemur esse. Et e converso, cum de uno Deo,*
- una*

dus hic esset PETR. LOMBARDVS, *Magister sententiarum*, haud ob-
 scurum inter Scholasticos nomen, siquidem suis non destitue-
 rentur rationibus, quaecunque contra ipsum Sec. XIII protulit JO-
 ACHIMVS, Abbas Florensis in Calabria (6). Is enim verbis LOM-
 BARDI: „Nec Pater Diuinam essentiam genuit, nec diuina essen-
 tia genuit filium, nec Diuina essentia genuit essentiam. Hic
 „autem nomine *essentia intelligimus diuinam naturam, quæ communis*“
est tribus personis (7), minus recte intellectis, peculiari libro LOM-
 BARDVM, quem hæreticum et insanum vocat, accusare voluit,
 quod non tam Trinitatem, quam Quaternitatem adstruat, videli-
 cet tres in DEO personas et illam communem essentiam quasi quar-
 tum.

„una substantia Diuina, loquimur, ipsum unum Deum, unam Diuinam
 „substantiam, esse tres personas confitemur.“ GILB. PORRETANVM
 vero reuera ita sensisse: dari scilicet inter personas Diuinas et essen-
 tiam discrimen aliquod, id ipsum tamen non reale sed ideale esse,
 admodum probabile efficitur, ex verbis OTTON. FRISINGEN-
 SIS: „quod autem inter naturam atque personam, non Mathema-
 „tica abstractione, sed Theologica consideratione quoquo modo
 „diuideret ratio, et ratione et auctoritate probare nitentur.“ Alia
 ex ratione ipsum excusare tentat celeb. WALCHIVS, *de origine et*
progressu Tritheismi pag. 66. Conf. etiam Celeb. BRVCKERVS in
Histor. Critica Philosoph. Tom. III. pag. 770. 771 Addantur obseru.
Selecta Tom. I. obseru. XV. § 15. pag. 193. seqq.

(6.) De IOACHIMO inter testes veritatis collocando, et ob donum
 Propheticum ipsi tributum inclyto, quamuis alii imbecillitatem ju-
 dicii, obscuritatemque sermonis ipsi exprobrent, plura dabunt
 Celeb. PFAFFIUS *in instit. histor. ecclesiast. pag. 573 et 607. in*
not., Celeb. WALCHIVS. l. c. pag. 71. et S. vener. Dom. Cancel-
larius a MOSHEIM. l. c. pag. 767.

(7.) Hac verba ex PETR. LOMBARDI *Sententiar. libr. I. distinct. 5.*
 petita esse, vulgo existimatur, quamuis falso. Ibi enim non exstant,
 quamuis LOMBARDI mentem ex ejus Scriptis a IOACHIMO collec-
 tam, referant. Vid. DION, PETAVIVS *de Trinit. libr. VI. cap. XII.*
§. 4. pag. 358.

tum. Quo ipso tamen non tam PEIR, LOMBARDVM, quam uniuersam christianæ Ecclesiæ doctrinam exagitat, quæ quidem aliam atque aliam personam, non vero aliam atque aliam essentiam, (ἄλλοις quidem καὶ ἄλλοις, non vero ἄλλο καὶ ἄλλο) nec hanc a tribus personis realiter diuersam, statuit, quod ipsum LOMBAR- DVS istis verbis recte expressit. Quapropter in Concilio Lateranensi, sub Innocentio III anno 1215 celebrato, damnatus, atque ita contra ipsum pronunciatum fuit: „Nos sacro et uniuersali Con- cilio approbante credimus et confitemur cum Petro Lombardo, quod una quaedam res est incomprehensibilis quidem et inestimabilis, quæ ueraciter est Pater et Filius et Spiritus S., tres simul personæ ac singulatim quælibet earundem, et ideo in DEO Trinitas est solummodo, non quaternitas, quia qualibet trium personarum est illa res, uidelicet substantia, essentia, s. natura Diuina, quæ sola est uniuersorum principium, præterquam aliud inueniri non potest: et illa res non est generans, neque genita nec procedens; sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, et Spiritus S. qui procedit, ut distinctiones sint in Personis et unitas in natura (8). Denique nec uniuersa ECCLESIA CHRISTIANA a fœdissimo hoc errore immunis foret, siquidem rite procederent omnia, quæcunque IOH. VAL. GENTILIS (9), affecla et discipulus SERVETI, ex doctrina de mysterio Trinitatis elicere conatus est. Sic enim is mentem suam exponit (10): „Ejusmodi sententia, (scilicet de mysterio Trini-

A 3

(8.) Vid. CARANZA in *Summa Conciliorum* pag. 600 et 601.

(9.) De IOH. VAL. GENTILI vid. SANDII *Bibliotheca antitrinitariorum* pag. 26. 27. Plura de ejus fatis, et imprimis de erroribus, nobis in doctrina de Trinitate affectis, dabit Celeb. D. WALCHIVS de *origine et progressu Tritheismi* pag. 80. seqq., et b. RAMBACHIVS in *der historisch und Theologischen Einleitung in die Religions Streitigkeiten der Lutherischen Kirche mit den Socinianern* Tom. I pag. 84. seqq. Addi etiam potest GODOFR. ARNOLDVS, qui iudicio b. CYPRIANI de *moribus Socinianorum* cap. V. §. 7. omnia fatis accurate tradidit.

(10.) In *confessione Magistratui nec non Ministris Ecclesiæ et Reipublicæ Geneuensis e carcere oblata*, apud IOH. CALVINVM in *tractatibus Theologicis*, in unum volumen congestis Class. V. pag. 909 seqq.

„tatis, prout eam confitentur omnes, quotquot Symbolo Athana-
 „siano subscribunt,) *Quaternitatem potius, quam Trinitatem constituere*
 „videtur. Quod facile sic probari potest: *Vnica illa essentia absque ulla*
 „*consideratione personarum est ex semet ipsa verus DEUS, et qualibet trium*
 „*personarum est item essentialiter DEVS. Sequitur ergo Quaternitas non*
 „*Trinitas*“. Quo ipso tamen aut apertam ignorantiam nostrā do-
 „*ctrinæ, aut turpem malitiam calumniandique libidinem, prodit.*
 Argumentatio enim GENTILIS non procedit, nisi asseratur: inter
 tres personas S. S. Trinitatis et essentiam reale intercedere discrimen,
 ita ut aliud sit essentia, aliud tres personæ; sic enim adesset
 trias et monas, adeoque tetras, ut Patres Græci loquuntur. Secus
 vero omnia se habent, si essentia et tres personæ in re sint unum
 et idem, et non nisi ratione s. nostro concipiendi modo differant
 (11). Essentia enim Diuina nihil aliud est, quam tres personæ, nec
 aliter existit, quam in tribus personis, et vice versa, personæ nihil
 aliud sunt, quam ipsa essentia (12). Cum larvis igitur pugnare
 GENTILEM ex his certum est, qui velex unius AVGVSTINI confessione,
 ipsi e diametro aduersa, quam uniuersa suscipit Ecclesia
 Christiana, discere potuisset, quam inique nobiscum agat. Is enim
 ita (13): „*Tene inconcussa fide, Patrem, Filium et Spiritum S. esse Tri-*
 „*nitatem, et tamen unum DEUM: non quod sit eorum communis quasi*
 „*quarta Diuinitas, sed quod ipsa sit ineffabilis et inseparabilis Trinitas*“.
 Plura hic cumulare nolo.

Quantum vero priorem *Quaternariorum* classem concernit, eorum
 puto, qui tribus Deitatis personis Patri, Filio et Spiritui S.,
 quartam adjungunt, siue ex rei veritate, siue minus, non possum
 non, quin primo omnium loco hic commemorem *COLLTRIDIANOS*

(11.) Ita enim essentia est communicabilis ad personam, non vero
 persona una ad alteram. Essentia non est generans, nec genita,
 nec procedens. Sed Pater est generans, Filius est genitus, Spiritus S.
 procedens. Vid. *Systemata Theologica*.

(12.) Ita b. CALOVIUS apud b. nostrum GRAPIVM in *Theolog. recens controversa*
Part 1. cap. 11 quæst. 8. pag. 121.

(13.) *Epistol. CCXXIV.*

NOS, quorum mentionem injicit EPIPHANIVS (14), mulierculas quasdam hoc nomine insigniens, quæ Seculo IV in Arabia, quo e Thracia profectæ erant, exstiterunt, in b. Mariæ nomen et honorem *κολλυρίδα*, siue tortam panis, in sella quadrata, altaris speciem referente, ac linteo defuper extento, solenni tempore per aliquot dies propositam sacrificantes, et deinceps de illa vescentes ad unam omnes; adeoque, ut scribit EPIPHANIVS, b. virginem Mariam *ἄντι θεῶν*, pro Deo, introducere conatæ. Quæ posteriora verba a BARONIO (15), eo trahuntur, ac si Dei genitricem Mariam humanæ naturæ prorsus expertem esse, ac Diuinæ tantum participem adstruxerint, eamque adeo ceu quartam Deitatis personam reliquis tribus addiderint. BARONIO adstipulatur BELLARMINVS (16) idque forsitan, ut CASAVBONVS putat (17), ne Collyridianis, contra quos acriter inuehitur EPIPHANIVS, annumerenter Pontificii, quamuis etiam, ut ex suo loco dicendis patebit, non desint inter eos, qui non longe ab ista sententia, quæ Mariam facit personam Diuinam, absint. Sed contra EPIPHANII mentem id fieri, Collyridianisque sine ratione Quaternitatem imputari, certum est. Vt ea enim taceam, quæ ad defendendas simpliciores hasce forsan mulierculas, in medium protulerunt *ἑλίου* (18), qui intra cultus ciuilis limites eas substituisse perhibent; ex longiore illa declamatione, quam pro more suo contra eas instituit EPHIPHANIVS, et in qua comprobare annitur, nec mulieribus licere sacrificia, nec Mariæ sacrificandum esse, id saltem apparet, credidisse EPHIPHANIVM, Collyridianos Mariam, cultu religioso fuisse profecutos, hinc Mariam eos coluisse *loco Dei*, et ad summum in idololatriæ crimen incidisse, quod a BARONII interpretatione longe abhorret (19). Collyridianos proxime sequuntur APOLLINARISTAE, ab A-

(14.) *Hæres.* 78 et 79.

POL.

(15.) *In apparatu ad annal. eccles.* §. 43 pag. 15.

(16.) *De reliquiis et imaginibus.* cap. 16.

(17.) *Exercitat. ad Baronium Sect.* 18 pag. 97. seqq.

(18.) Vid. M. Joh. GOTTL. WERNER *disput. de Collyridianorum secta Witebergæ* 1745.

(19.) Conf. b. Ioh. ANDR. SCHMIDII, *Prolusiones Marianæ* pag. 164 seqq. et RIVETVS in *Apolog. pro sanctiss. Virgine Maria* libr. II Cap. VII. pag. 260 seqq.

POLLINARIO sive APOLLINARI Juniore ita dicti, mox post Concilii Niceni tempora Ecclesiam turbantes. Inter alia enim assererant: carnem Christi nostræ non esse consubstantialem, nec a Maria assumptam, sed partem Deitatis in carnem mutatam, e coeloque esse delapsam (20) Et hanc quidem sententiam, acri circa Quaternitatem disceptationi ansam dedisse, constat. Apollinarista enim Charybdin (ut putabant) evitaturi in Scyllam incidebant. Nimirum ex ignorantia distinctionis inter personam et naturas eo adducebantur, ut, si Filium Dei humanitatem ex Maria assumpsisse concederent, quatuor hoc ipso in Deitate personas introduci metuerent. Consultius igitur putabant, humanæ naturæ originem ex Divina repetere. Juvabit hoc ipsum ATHANASII verbis exponere (21). „Si corpus Christi statuamus (ita ratiocinantur Apollinarista) „ejusdem cum „verbo substantia esse, Trinitas nihil peregrini, ut ipsi ajunt, accessu Verbi in „se recipiet: contra, si concedatur, corpus Christi humanum esse, et ex Maria „profutum,

(20.) Sic Apollinaristarum mentem post alios nobis describunt AVGVSTINVS *Hæres. cap. 55.*, EPIPHANIVS *Hæres. 27* et in primis ATHANASIVS *in epistola ad Epictetum, Opp. Tom. I. pag. 581 sqq. edit. Paris. 1627.*, GREGORIVS item NYSSENVVS, EVLOGIVS apud PHOTIVM et FACVNDVS HERMIANENSIS, quorum loca post alios congestit SALIGIVS *de Eutybianismo ante Eutychem Cap. XIII. pag. 93. seqq.* EPIPHANIVS in primis l. c. expresse scribit: „Quidam ipsorum (Apollinaristarum) ausi fuerunt dicere, Christum ex superis corpus detulisse - - Quidam etiam cœessentiale „corpus Christi Deitati dicere ausi sunt. „Distinctione igitur inter Apollinarem et Apollinaristas, inter se conciliari possunt IAC. BASNAGIVS, qui *in historia hæresis Apollinaris, quam suæ Bibliotheca Hæresologica Tom I. Fasc. I. pag. I seqq.* inseruit IOH. VOIGTIVS, Apollinarem ipsum ab hoc errore liberat, et GARNERIVS, qui *Dissert. I. ad MARIÏ MERCATORIS Tom. II opp. fol. 302 num. 3* inter Apollinaristarum hæreses num. 3 et 4. collocat: conuersionem verbi in carnem, et quod ex Virgine Verbum non sumpsisset carnem. Conf. IOAC. SCHROEDERI *Dissert. de hæresi Apollinaristica Marpurg. 1717.*

(21.) *In Epistola ad Epictetum, l. c. pag. 583 et in primis pag. 588:*

„profatum, necesse est, cum sit alienum diuersumque a Deitate, et in eo sit
 „verbum, Quaternitatem pro Trinitate ob superaduentum et additamen-
 „tum, corporis constitui.“ Contra vero Orthodoxi sat luculenter com-
 monstrabant, in eundem illum, quem euitare voluerint, grauiter
 impegisse Apollinaristas scopulum. Argumentum enim est omni
 exceptione majus, quod contra eos urget ATHANASIVS. „Aeque
 „illi Quaternitatem, inquit, quam simulant sese effugere velle constituunt.
 „Quod si enim Filius Dei carnem habet Verbo consubstantiali, ea non erit
 „verbum ipsum, sed aliud quid ac Verbum, atque ideo cum aliud sit et quar-
 „tum in ordine, summam quatuor Personarum pro tribus eorum opinione
 „constituit“. Praeludia tamen hæc saltem fuerunt majorum circa
 Quaternitatem decertationum, cum NESTORIANISMVS et EVTY-
 CHIANISMVS inualesceret Seculo Vto. Solet per Nestoriani-
 smum (22) in Ecclesia intelligi, error in Concilio Ephesino da-
 mnatus, qui in Christo duas fingit personas separatas, alteram Deum
 alteram hominem, non nisi parastatice et extrinsece inter se uni-
 tas, propter quod fiat, ut ad honoris et gloriæ cum Deo consortium,
 nec non appellationis homo euectus, Diuinitatis quodammodo par-
 ticeps censeretur, quemadmodum purpurea vestis, quamdiu
 Regis corpori circumposita est, eodem, quo Rex honore et vene-
 ratione colitur. Ex quo quidem, quotquot Nestorio se oppone-
 bant, colligebant, duos hoc ipso a Nestorio Deos constitui, alterum
 verum et naturalem, alterum, qui cum ipso habeat appellationem
 et honorem, hinc Quaternitatem induci. Copiosæ pro tuenda hac
 consequentia exstant argumentationes CYRILLI, THEDORI, Pa-
 tri-

B

tri-

(22.) Nestorianismum et Eutychnianismum ita intelligo, prout Conci-
 lium Ephesinum et Chalcedonense utrumque adumbrarunt, et prou-
 ti vulgo sumi solet, quando de Nestorianismo et Eutychnianismo lo-
 quimur; de eo ceteroquin nunc haud sollicitus, utrum menti Ne-
 storii et Eutychnis hæc omnia accurate conueniant, utrum vero mi-
 nus: quod posterius, qua Nestorium, DERODONVS, IAC. SAV-
 RINVS, Du PINVS, Petr. BAILIUS, SALIGIVS, et recentius
 IOH. ERN. IABLONSKIUS, et qua Eutychnen asserere voluerunt
 Le QUIEN, COMBESIVS et ex parte IOB. LVDOLPHVS,
 SALIGIVS aliique. Meum nunc non est tantas componere lites,

triarchæ Hierosolymitani, PROCLI, Episcopi tunc Cyziceni, LEPO-
RII, AVGVSTINI, CAPREOLI, Episcopi Carthaginensis, FVLGEN-
TII, MANSVETI, MARIJ VICTORINI, MAXENTII aliorumque,
quas congeffit DION. PETAVIVS (23). *Eutychianos* ante incarna-
tionem duas quidem, post incarnationem tamen unam saltem in
Christo naturam, scilicet Diuinam statuisse, ex Concilii Chalce-
donensis actis constat. Hi quomodo Quaternitatis accusati fuerint,
ex Patrum, maxime ex DIACONI RVSTICI, VIGILII et PSEVD-
AMBROSII effatis docet idem DION. PETAVIVS (24). Verum,
si fateri fas est, nimis coacte et citra omnem rationem. Rectius
vero, me iudice, iis ex Eutychianorum choro, qui conuersionem hu-
manæ naturæ in Diuinam affirmarunt, tribuenda venit, ex iisdem
plæne causis, ex quibus Apollinaristæ, Eutychianorum hac in parte
prodromi, Quaternitatis accusabantur. Cum enim ea, quæ per
conuersionem existere coepit, in tempore quippe demum produ-
cta, alia esse debeat natura, ac est Diuina, quæ fuit ab æterno: hoc
pacto quatuor in Deo exsurgent personæ, cum duo adsint filii, unus
ab æterno, unus in tempore, per conuersionem humanæ naturæ
enatus. Interim mirandum, Eutychianos æque ac Apollinaristas,
durum *Quaternitatis* telum in se vibratum, in Orthodoxos retorxisse,
eo quod credant, Christum esse et Deum et hominem. Irrito ta-
me conatu hæc accidisse vix est ut moneam (25). Quantis turbis
exeunte Secul. V. et VI. ineunte, per mutatam a se Trisagii for-
mulam (26), occasionem dederit PETRVS GNAPHEVS s. FVLLO,
nemini

(23.) In *Dogmat. Theolog. de incarnatione Libr. V. cap. X §. III. pag.*
238 *seqq.*

(24.) *l. c. pag. 239 seqq.*

(25.) Vid DION. PETAVIVS. *l. c. pag. 239.*

(26.) Solebat per Trisagium in Ecclesia Græca proprie et peculiariter
intelligi, solennis illa deprecatio: *Sancte DEVS! Sancte fortis!
Sancte immortalis! miserere nostrorum.* Vid. SVICERVS in *Thef.*
Eccles. art. τρισάγιον part. II pag 1310 seqq. et BINGHAMVS in
Origin. Ecclesiasticis libr. XIV. cap. II. §. 3. p. 37. Cui quidem formulæ
PETR. FVLLO, post verba: *Sancte fortis! inferebat, qui crucifi-*
xus es pro nobis. Historiam turbarum recenset Disput. sub præsidio
Cel. Dni, D. BAVMGARTENII Halæ 1744. habitati, t. *Hist. Trisagii.*

nemini ignotum esse potest, nisi fatorum Ecclesiae maxime ignoro. Exstiterunt enim post alios, largam errorum segetem in assertionem, quod unus ex Trinitate passus, (ceu ut alii absurdius additamentum illud interpretabantur) tota S. S. Trinitas passa fuerit, quærentes, nonnulli, qui Quaternitatis FVLLONEM insimularint, eo quod putarit: duos sic Filios nobis imponi, unum qui medius inter Patrem et Filium collocaretur, et compellatione: *Sanctus fortis* insigniretur, alterum, qui seorsim a tribus personis Diuinitatis commemoraretur, verbisque compellaretur, *qui crucifixus es pro nobis*. Quam vero absurde id factum sit, dici vix opus est. Conquieuerunt postmodum decertationes circa Quaternitatem, (eo quo nunc nobis venit significatu) nec ante Seculum XVI., qui ejus accusatus fuerit, comparet quisquam. Mitto adhuc calumniam, qua Ecclesia Lutherana oneratur, mitto errorem SCHWENCKFELDII, de Christo homine in gloria non amplius creatura, cum de iis omnibus in mox sequentibus ex instituto agendum sit, et ad GVIL. POSTELLVM (27), portentum illud in republica literaria seculo XVI deuenio. Is enim de sua Johanna Veneta asserere haud est veritus, eam esse de *substantia Filii Dei, imo ipsum Spiritum S.*, per quem sine externo ministerio, infundatur vera et rationalis cognitio sui et Dei summa. Audiamus ipsa ejus verba ex *Epistola ad Schwencfeldium* (28): „Quum non esset „bonum, etiam Adamum justum solum esse ante peccatum - - - „Sic non erat bonum, ut Adamus nouus esset solus, nisi daretur „ipfi adiutorium personale *de ejus substantia* simile ipsi - - - Mater „itaque mundi (h. e. Johanna Veneta, quam paulo ante Euam

B 2

„nouam

(27.) De GVIL. POSTELLO scripserunt' quam plurimi, videndi in *Bibliotheca Bremensi. Class. VII. Fascic. 2 pag. 193*, quibus ibi citatis addi potest, Dn. Cancellarius PFAFFIVS in *introd. in histor. literar. Theolog. Part. 2 pag. 21*, et NICERONIVS in *den Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten part. 8 pag. 347. edit Baumgarten.*, qui iudice Dn Cancellario a MOSHEIM in dem anderweitigen Versuch einer vollständigen und unparteiischen Reizergeschichte pag. 456. de POSTELLO omnium optime egit.

(28) Infera ea legitur *Observ. Halens. Tom. I. pag. 358.*

„nouam vocauerat) quæ Christus in sui parte inferiori est, restituit o-
 „mnia Ipsa est sacrosanctus ille Spiritus, et corpus coeleste fi-
 „ve spirituale, per quod sine externo ministerio, infunditur vera
 „et rationalis naturalisque cognitio sui et Dei summa“. Vtrum
 igitur a Quaternitate absolui queat videant alii (29). Non equi-
 dem nescio, Virum magnæ eruditionis pariter ac famæ b. BVD;
 DEVM (30) in excusando POSTELLO totum esse, eo quod me-
 taphorice fuerit locutus. Certe tamen nec Schwenckfeldius ipsum
 methaphorice intellexit, sed proprie, ut verba ejus testantur. (31):
 Ich halte ihn (POSTELLVM) für einen gelehrten guten Menschen,
 wenn er nur das Gespenste Virginis Venetæ, sich nicht hätte verführen
 lassen; nec tolerari unquam possunt istiusmodi metaphora, quæ
 citra blasphemiam adhiberi nequeunt, crassamque inducunt idolo-
 latriam. Taceo, nihil in epistola Postelli, reliquisque ejus de hocce
 commento scriptis occurrere, quod ad metaphoricum dicendi ge-
 nus nos deducat. Proximus POSTELLO, Quaternitatis defensor
 allegari

(29) Scripsit præterea tractatum l. t. *la Virgine Venetiana* tantæ ra-
 ritatis, ut visus sit paucissimis. Imo NICERONIVS l. c. pag. 389
 putat, exemplar illud, quod a Patrono quopiam sibi communica-
 tum fuerat, unicum esse, quod Parisiis, imo forsitan in tota Euro-
 pa extet. Et quamvis in eo totus sit *Niceronius*, ut Postellum quan-
 tum fieri potest defendat, diffiteri tamen non potest, occurrere hic
 et in aliis Postelli scriptis istiusmodi loquendi formulas, quæ si in
 rigore suo capiantur, Virginem Venetam ipsi Deam esse humani-
 que generis redemtricem, neminem dubitare sinant. Vid. l. c. pag.
 303. De alio Postelli tractatu l. t. *les tres merueilleuses victoires des*
femmes du monde post *Niceronim* l. c. ex instituto vid. *Biblioth.*
Bremens. l. c. pag. 702. seqq.

(30) in *Observ. Halens.* Tom. II pag. 237, ut ante ipsum jam fecerat
 personatus FLOR. RÆMVNDVS, notatus a THEOPH. RAINAV-
 DO apud b. IOH. FRID. MAYERVM loco mox citando.

(31.) In *Epistola* ejus ad *Ponifium* apud b. ITTIGIVM in *dissert. de*
Guil. Postello §. 34 pag. 40.

allegari solet, FRANC. JOS. BVRRHVS (32). Quod si enim auctori deus eigentlichen Beschreibung des gegenwärtigen Zustandes in Italien, insonderheit vom Quietismo, qui et b. nostrum GRAPIVM (33) decepit, credimus, in eo versatus est errore: quod b. Virgo Maria Deipara quarta fuerit persona Deitatis, filio secundum Diuinitatem æqualis. Interim tamen non sine debita restrictione capi hæc debere, certum est. Ex Bulla enim damnationis, quam Romæ contra ipsum publicarunt, ut titulus habet, supremæ et universalis inquisitionis Cardinales, quamue ex MSCto edidit SCHELHORNIVS (34), de ejus sententiis omnium certissime judicari potest.

„Ibi vero legimus: docuit *Deiparam esse Deam*, quia filius ipsius fit
 „Deus. Conceptam fuisse sine hominis semine, *Spiritu S. in ventre*
 „*S. Annae incarnato*, cum quo eadem fit Deipara, quæ nata fuerit
 „ex *S. Anna* virgine; appellasse Deiparam sacratissimam Deam,
 „filiam unigenitam altissimi; sacerdotibus sectatoribus suis præcepisse, in canone ut adjungerent unispiratam filiam, in Angelica
 „salutatione gratia plena idem esse ac *Spiritu S. plena*“. Ex his igitur apparet, ipsum quidem Mariam habuisse pro Dea, non tamen pro quarta Deitatis persona, sed pro *Spiritu S. incarnato*, et cum humana natura sexus fœminei personaliter unito. Nollem igitur inter Quaternarios ipsi locum concedere, nec tamen statim inter Pneumatomachos recentiores ipsum collocare, eo quod Spiritum S. haberit pro creatura, quia Maria talis fit (35); sed potius eorum affo-

B 3

(32.) De BVRRHO plura dabant b. Cancell. IÆGERVS in *Histor. Eccles. Sec. XVII.* Petr. BÆLIVS in *Diction. Histor. Crit. Tom. I. art. Burrhi* pag 629 edit. Lipf. b. CHRIST. EBERH. WEISMANNVS in *introduc. in memorabilia ecclesiastica Histor. S. N. T. parte poster.* pag. 526 seqq.

(33.) In *Theol. recens controversa part I. Quæst. XII.* pag. 127.

(34.) In *amœnitat. literariis Tom. 5. observ. 6* pag 141.

(35.) Ita in *Programmate Jenensi: de Pneumatomachis recentioribus* pag. 5. inuenio. Confinxit tamen ista omnia BVRRHVS, ut ex verbis Bullæ haud obscure colligitur, ad similitudinem incarnationis Filii Dei. Hinc Spiritum S. cum Maria unitum credidit Θεός ὁ ἁγίον, æque ac Filium Dei. Habet igitur, nisi me omnia fallunt,

affociare classi, qui de incarnatione Spiritus S. somniarunt (36.) Majori jure huc tandem refero PONTIFICIOS et FANATICOS, illos propter indiscretum Mariæ cultum, hos propter cælestem, quam fingunt, Sophiam. Quantum enim ad Pontificios attinet, certum est: dari in Ecclesia Pontifici Romano deuota quam plurimos, antiquiores pariter ac recentiores, inprimis Jesuitas, qui b. Virgini Mariæ non nomina solum, verum etiam attributa et opera soli Deo propria, imo, si ad praxin respiciamus cultum Diuino longe majorem tribuunt (37). Ut adeq, aut Mariam pro quarta Deitatis per-

lunt, quibus se defendere potest contra Pneumatomachorum errorem, quamuis certum sit, ipsum in doctrina maxime fundamentali grauiter errasse.

(36) Quos peculiari schediasmate notavit b. Joh. Fridr. MAYERVS, a Cl. Dn. HALLWACHSIO *Exami ni Theol. nouæ Poirietianæ et Burignonianæ b. IÆGERI inserto pag. 165 seqq.* in quo tamen Burhus desideratur.

(37) Euicerunt id Theologi Protestantium in innumeris fere scriptis, ad quæ Pontificii hætenus magis muti fuerunt quam pisces. Ex *Lutheranis* saltem commemoro b. IAC. HEERBRANDVM de *multiplici et horrenda Pontificiorum Doctorum idololatria. Tub 1578*, b. SCHERZERVM in *Anti-Bellarmino pag 452*, b. CALOVIUM in *Mataeol. Papist. pag. 186*, et inprimis, b. ZEIBICHIVM de *pallio Mariæ tutelari §. 3. seqq. pag 7 seqq.* ex instituto. Ut longe plures taceam. Ex *Caluinianis* huc pertinet RIVETVS in *Apol. pro b. Maria Virgine*. Imo nec inter Pontificios defuerunt, qui Mariolatriæ crassiori se opposuerunt. Ex multis allegasse nunc sufficiat libellus, a Iansenista quodam editus s. t. *Monita salutaria b. V. Mariæ ad cultores suos indiscretos*, ejus edit. secundam Louanii 1673 una cum *epistola apologetica Mechliniæ 1674 euulgatam*, possideo. Vid. etiam LEIDECKERVS in *historia Iansenismi libr. III. c. XV pag. 527*, qui hæc ipsa monita salutaria historiæ suæ modo allegatæ adjecit, una cum Iesuitarum responsione. In indicem librorum expurgandorum tamen hæc monita relata fuisse constat. Vid. b. I. F. MAYERVS in *Theologia Mariana Systemate pag. 10*. Quid recentissime circa Mariolatriam in Ecclesia Pontificia contigerit ex *Actis Historico-ecclesiasticis Tom. VI. part. 36. pag. 805 seqq.* disci potest.

persona habere, aut nec Patrem, nec Filium et Spiritum S. personas esse Diuinas fateri necessum habeant. Non equidem uniuersæ Ecclesiæ Pontificiæ hoc imputari possunt, cuius doctrina publica (38) Mariæ solum cultum ὑπερδελείως attribuit, qui cultu λατρείας, quem Deo vindicat, inferior esse debet. Interim tamen si uniuersæ Ecclesiæ displicent isti conatus, cur eos non damnat? cur indiscreto Mariæ cultui non obicem ponit? cur libris Mariolatris, in S. S. Trinitatem injuriis, oppositis, in indicibus librorum expurgandorum locum assignat? Certe hæc omnia consensum totius Ecclesiæ tacitum haud obscure produnt. Quantum vero confictam a FANATICIS Sophiam concernit, hanc suam fabulam pro mysterio habent, profanis neutiquam diuulgando. Hinc subobscurè de illa plerumque loquuntur, ut in reliquis omnibus, quæ ab obscuris hisce ingeniis, a Spiritu vertiginis in transuersum actis, proponi solent. Legantur e. gr. JAC. BOEHMII scripta, qui toties de cœlesti Sophia blaterat. Nec ideo mirum, si, dum forsitan quid sibi velint, nesciant ipsi, mox ita, mox aliter eam describant. Sic e. gr. PETERSENIUS (39): Die himmlische Sophia ist zwar nicht ein figurliches und durch ein Gleichniß fürgestelltes Weib: aber auch nicht etwas viertes in der heiligen Dreyheit, doch ist sie in und mit Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit vereinigt, ja die pure lautere Gottheit selbst. Hæc quomodo cohæreant, contradictionemque effugere queant, judicent alii. Alii de illa, tanquam de creatura loquuntur, eo usque, ut mulierem, de cuius creatione Gen. II. v. 27. agitur, s. ipsam. Euam Sophiam hanc fuisse perhibeant, quam etiam profילו, quem affectant, Chymico, muliebrem tincturam appellant. Tales locutiones in GICHTELII et VBERFELDII epistolis sunt obuix (40).
JOH.

- (38.) Vid. *Concilium Tridentinum* Sect. XIII cap. V. pag. m. 125 edit. Col. BELLARMINVS de beatitud. et canonizat. *Sanctorum libr. I. cap. 12.* Conf. b. BALTH., STOLBERG in *Exercitat. philolog. exerc. 6. de distinctione uocum λατρεία, δελείω et ὑπερδελείω cap. 2. §. 2. pag. 152.*
- (39.) Apud b. FECHTIVM in *lect. in Syllogen controu. recent. Disp. VIII. pag. 152.*
- (40.) Refero hæc fide FRIDR. AD. LAMPII in orat. de *summa Sapientia*, quæ *Syntagm. Diss. a GERDESIO edito Tom. II. inserta legitur.*

JOH. PORDAGIVS e contra eam ita describit: Ob wohl diese göttliche Sophia unter und nach der gebenedeyeten Dreyeinigheit ist; so ist sie doch eine beständige göttliche Wesenheit, und in dem göttlichen Wesen aller göttlichen attributorum und Vollkommenheiten theilhaftig. Et clarius, vel potius obscurius, paulo post: Man mag sagen, der Vater sey das Systema oder Gebäu und Zusammenfassung der göttlichen Kräfte, und der Sohn nebst dem Heil. Geist ihre ewige unzertrennliche vollkommene Erfättigung und Glückseligkeit, Sophia aber das gemeinsame Spiel der ganzen heiligen Dreieinigheit (41). GODOFR. ARNOLDVS (42), quamuis in limine suæ tractationis (43) de cœlesti Sophia scribat: Die Vernunft wird wohl sogleich zufahren und fragen: Ob denn die Weisheit eine sonderbare Person aus der heiligen Dreyeinigheit sey, oder ob man gar neue Götter verkündigen wolle? Da denn keines von beyden zugestanden, oder ohne höchststrafbare Lästerung nur zu gedencken wäre, interim tamen Sophiam mox ita effigiatur (44): Dem Geist des Menschen wird die himmlische Weisheit näher, und mit deutlichern Unterscheid bekant, als ein sonderbares göttliches Wesen, welches zwar an sich selbst mit der ewigen Gottheit eins, auch ohne und ausser derselben nimmermehr nichts würcket, dennoch aber unter seinen ewigen göttlichen Character sich kund machet. Et paulo post ita (45): Die göttliche Weisheit wird uns in der Schrift unter

(41.) Apud b. CHLADENIVM Dissert. de introversione hominis in se ipsum vera et Fanatica §. 14. pag. 57.

(42.) vid. Geheimniß der Göttlichen Sophia Lips. 1700 et Belgice Amstelod. 1702. Refert b. COLERVS in Historia Godof. ARNOLDI Sect. IV. §. 9. p. 114 Arnoldum hujus scripti poenituisse.

(43.) L. c. cap. IV § 9. pag. 32.

(44.) L. c. cap. V. § 5. pag. 35.

(45.) L. c. cap. VI. §. 4. pag. 40. 41. Præter allegatos de cœlesti Sophia Fanaticorum legi possunt b. SONNTAGIVS in vocabulario Pseudo-mystico pag. 64. Unschuldige Nachrichten 1793 pag. 545 sqq. et 1711 pag. 114, b. COLLBERG im Platonisch-Hermetischen Christenthum Part 2 pag. 100 sqq., b. ab ELSWIG in epistolis ad familiares pag. 86, et b. KLAUSINGIVS in dissert. num diuina essentia masculinum et fœmininum admittat? b. JÆGERI Examine Theologiae novæ inserta Controv. VII. p. III. sqq.

unter dem Bilde eines Weibes, einer Jungfrau, Braut, Mutter, Pflegerin, Lehrmeisterin zc. vorgestellt. Und dieses geschieht nicht etwan bloß in einer geringen äussern Vergleichung, oder verblümten Rede, auch nicht den blossen Geschlechts Nahmen nach; sondern nach ihrem Wesen selbst, indem sie sich selber auch in dem Auge des Gemüths, in denen die sie suchen und finden, nicht anders würcklich und persöhnlich erzeiget. Plura hujuscemodi deliria nunc non conquiro. Quodsi igitur ut haecenus allegata luculentissime testantur, caelestis Sophia est mulier proprie sic dicta, cum Deo in omnem aeternitatem unita, de substantia Dei, imo ipsa Deitas, personaliter se demonstrans, et peculiari suo Diuino caractere gaudens, quomodo quæso! hi omnes a quaternitate liberari possunt?

Denique, quod caput huius scriptionis est, ad *Quaterniorum* numerum refertur inprimis ECCLESIA LVTHERANA, et quidem inter alia (46), etiam ob doctrinam de unione personali duarum naturarum in Christo. Lædimur dura hac accusatione à CALVINIANIS, SOCINIANIS, et quod mirandum, etiam ab EDELMANNO. Ad CALVINIANOS et SOCINIANOS, qui mutuatis ab inuicem armis hic decertant, quod attinet, illi hac de re ita se explicant (47): „Was wollen aber die neuen Scribenten (Lutheranos, putant,) den muthwilligen Låsterern in Siebenbürgen, Francisco Daudidis, Blandratae und ihren Haufen antworten? welche den rechtgläubigen Kirchen fürwerfen, daß man pro Trinitate Quaternitatem, das ist, an stat der Dreyfaltigkeit eine Vierfaltigkeit mache in der Gottheit. Denn ist die menschliche Natur Christi mit allen göttlichen

(46.) Ex alia adhuc ratione isthæc macula nobis adspergitur, maxime a Pontificiis, eo quod, ex eorum mente, unionem mysticam cum personali confuderit summus noster Lutherus, cujus sententiam faciamus nostram. Vid. b. noster SCHOMERVS disput. *de differentia unionis mysticæ et personalis Sect. III §. 9.* Eandem tibi inflat EDELMANNVS loco mox citando. Verum hac de re alio tempore aliaue occasione plura.

(47.) Apud b. Nicol. HVNNIVM in *Διασκέψει de fundamentali dissensu etc.* pag. 328 edit. Witeb. 1663.

„chen Eigenschafften, und (das unwidersprechlich daraus folget) mit
 „dem göttlichen Wesen gezieret, und also vergöttert worden; so wird die
 „menschliche Natur auch billig, Gott genant. Wie denn die neuern
 „Scribenten selbst bekennen, daß Christus nicht allein, nach der ewigen
 „göttlichen, sondern auch nach der zeitlichen und menschlichen Natur, vor
 „wegen der empfangenen göttlichen Eigenschafften Gott genennet werde.
 „Es muß aber diese Gottheit der menschlichen Natur, freylich eine an-
 „dere Gottheit seyn, als die ewige Gottheit des Sohns Gottes ist, die
 „er von Ewigkeit von Natur, oder durch seine ewige Geburt, aus dem
 „Wesen und Substanz des Vaters hat. Hi vero Socinianos puto,
 „rationes suas Calvinianis plane conformiter subducunt. Audia-
 „mus e. gr. VALENT. SMALCIVM (48): „Vielleicht aber möchten
 „sie sagen, daß der Mensch Christus der Sohn Gottes genant werde,
 „darum, daß seine menschliche Natur sey vereiniget mit der göttlichen,
 „gleichwie auch der Mensch Christus von ihnen wird Gott genant
 „gratia unionis hypostaticæ: so wird aber unwidersprechlich daraus
 „folgen, daß gleichwie sie 2 Götter machen in der einen Person Christi,
 „also auch 2 Söhne stellen müssen in der einen Person Christi: einem
 „von Natur von Ewigkeit: den andern den Menschen, nicht von Ewig-
 „keit, sondern Gottes Sohn ob unionem istam. Et WOLZOG-
 „NIVS (49): „Es kann aus der Lutheraner Meynung kräftiglich ge-
 „schlossen werden, daß anjeho der einige allerhöchste Gott sey vier Per-
 „sonen, drey göttliche und eine menschliche. Plures ex SOCINI Schola
 „allegare supersedeo. EDELMANNVS recentissime ita nugatus est
 „(50). Was bisher nun kürzlich von denen bekantermassen so er-
 „schröcklich

(48.) In tract. l. i. warhaftige Erklärung aus Grund der heil-
 gen Schrift von des Herren Jesu Christi Gottheit, sine loco
 et anno impressionis plag. e. 3. Autorem esse VAL. SMALCIVM
 discimus ex SANDII Biblioth. Anti-Trinit pag. 100.

(49.) In der Erklärung der beiden unterschiedlichen Meinungen
 von der Natur und Wesen des einigen allerhöchsten Gottes pag.
 23. IOH. LVD. à WOLZOGEN hoc scriptum, (quod etiam latine
 prostat) tribuit SANDIVS l. c. pag. 138.

(50.) In der Göttlichkeit der Vernunft pag. 556 De Quaternitate ex
 nostra

„schredlich mißverstandenen Worten, Vater, Sohn und heiliger Geist
 „erinnert worden, welche die ersten Christen zu personalisiren nie in
 „den Sinn genommen, das gilt auch von dem Worte Christus. Wer
 „sich unter diesen Namen, darum, daß derselbe bisweilen Gottes Sohn
 „genennet wird, wieder eine absonderliche Person vorstellen, und diese
 „selbst extraunte Person alsdenn mit unserm Bruder Jesu (51) wieder
 „in eine Person verbinden will, der macht vor jedermanns Augen endlich
 „aus der Dreyerpersonlichkeit gar eine Vierpersonlichkeit“. Verum hos
 „omnes magno conatu nil aliud agere certum est, nisi ut terminis
 „æquipollentibus accusationem in vulgus notam, de Eutychnismo
 „ab Ecclesia Lutherana reuocato et incrustato, proferant infelicissimo ta-
 „men successu. CALVINIANI in verbis allegatis clare satis semet ex-
 „plicant, eodem prorsus argumentandi genere, quod supra in Ec-
 „clesia antiquiore orthodoxa, contra Apollinaristas hinc Eutychia-
 „nos Quaternitatis accusatos, obseruauimus, usi, ceu ex collatione
 „ad oculum patet. SOCINIANI quidem simpliciter affirmant ex
 „unione hypostatica id consequi, et idem prorsus blaterat impuden-
 „tissimus ille nostræ Ecclesiæ calumniator EDELMANNVS: nun-
 „quam tamen consequentiam istam vel leui saltem specie probabi-
 „lem sistent, nisi assumant, istiusmodi modum unionis nosmet asse-
 „rere, quo humana natura in diuinam conuertitur, vel alio quocun-
 „que modo isti exæquatur. Vt igitur ad abstergendam istam ma-
 „culam

C 2

nostra de unione mystica doctrina fluente vid. l. c. pag. 536, 537, de
 quo alio tempore. Scio equidem EDELMANNUM in dem Danksa-
 gungs-Schreiben an den Herren Probst Süssmilch pag. 20, 21,
 postulare ut de ejus sententiis, non nisi ex Scriptis ejus nouissimis,
 qualia sunt: Glaubens bekänntniß, et quidem confessio major, item
 Evangelium St. H., quis iudicet, Verum cum errores suos de Tri-
 nitate et Christo, in iis nec retractauerit nec emendauerit, sed potius
 eadem chorda oberrarit, imo novis cumularit, non sine ratione au-
 guror, eum hastenus in ista, quam recensui, perseuerare opinione.
 (51.) Quænam inter Christum et Iesum, ex *E Delmanni* mente, interce-
 dat differentia, ex iis, quæ l. c. pag. 572 occurrunt, videri potest.
 (52.) Vid. *Epist. ad MARBACHIOS* à b, nostro FECHTIO editas *parte*
 II. *Epist. 16, pag. 36 seqq.*

enlam nullo alio opus sit, nisi ut commonstretur, quam longe Ec-
 clesia nostra a turpi Apollinaristarum et Eutylianorum hære-
 si distet. Certe, si quod aliud, innocentiam nostræ Ecclesiæ lu-
 culenter testantur acta cum SCHWENCKFELDIO, in limine sta-
 tim Reformationis. Is primum in colloquiis priuatis (52), mox datis
 ad amicos literis (53), et tandem scripto in publicum emisso (54),
 sparsit noua, ut sibi uisus est, mysteria, Ecclesiæ Lutheranæ hæ-
 ctenus incognita, inter quæ haud postremum, quicquid de hu-
 mana Christi natura sentiebat, occupat locum. Putabat vero „Chri-
 „stum quidem ceu verum hominem esse natum, carnemque suam
 „ex Maria assumfisse, interim tamen non secundum naturæ cur-
 „sum, sed per vim Spiritus S. Hinc carnem Christi Diuinam non
 „solum habere originem, sed et Spiritum S. Patrem Christi, Chri-
 „stumque, qua humanam naturam, Dei filium esse, imo magis Dei
 „filium quam Mariæ, Dauidis et Abrahami. In statu exaltationis
 „vero carnem ejus plene esse glorificatam, Deificatam, imo Diuinæ
 „naturæ prorsus exæquatam, Christum in gloria versantem qui-
 „dem

(53.) Vid SALIGII vollständige Historie der A. C. part. III. libr. XL.
 cap. I. S. 34. pag. 1005.

(54.) Vom Fleische Christi, daß der Mensch Ihesus Christus vom
 ersten Blick seiner Empfengniß abn, der ware natürliche Sohn
 Gottes sey. Caspar Schwencckfeld. Geschrieben im Jahr nach
 Christi Geburt 1540, Gedruckt im Jahr 1584. Liber rarus, ut
 SCHWENCKFELDII omnia, quem possideo, et ex quo ejus men-
 tem fideliter excerpti, quam etiam accurate exhibet SALIGIVSI, c.
 S. 31. 32. pag. 1000 seqq. Eandem plane ipsi sententiam tribuit
 Formula Concordiæ pag. 625 et 628. „Quod caro Christi per exal-
 „tationem eo modo omnes proprietates Diuinas acceperit, ut Chri-
 „stus quatenus homo est, potentia, virtute, maiestate, gloria, Patri
 „et τῷ λόγῳ per omnia in gradu et statu essentia, omnino æqualis
 „sit: ita, ut jam utriusque in Christo naturæ una sit essentia, eadem
 „proprietates eademque gloria, et quod caro Christi ad Sacro-
 sanctæ Trinitatis essentiam pertineat.“ (Quæ posteriora per legiti-
 mam consequentiam ex Schwencckfeldii sententia eliciuntur.)

dem manere hominem, qui habeat animam, corpus, carnem ossaque, interim tamen ipsum non aliam habere quam Diuinam essentiam. Vix ore calamoque hæc omnia professus erat Schwenckfeldius, cum statim omnium, totius Ecclesiæ Lutheranæ Theologorum cordatiorum, contra se iure meritoque concitaret contradictiones. MART. enim FRECHTVS, Theologus Vlmanus (55) cum Schwenckfeldio Vlmae coram disputans, largamque hoc ipso mentem ejus explicandi nactus occasionem, hos errores ad totum Ecclesiæ iudicium, inprimis primariorum ejus Theologorum, qui Concilii Tridentini causa Smalcaldia 1540 congregati erant, deferebat, qui etiam PHIL. MELANCHTHONE communem eorum sensum exprimente, atro carbone ipsos notabant (56). Quamplurimi deinceps contra SCHWENCKFELDIVM strinxerunt calamum (57), Eutychnismum turpemque Quaternitatis errorem in hac ejus sententia redarguentes (58), donec in Formula Concordiæ tandem damnetur (59). Contigerunt hæc omnia, quod maxime notandum, longius ante illa tempora, quibus Eutychnismi macula primum

C 3

Eccle-

(55.) Vid. Epistolæ ad MARBACHIOS l. c.

(56.) Conf. b. a SECKENDORF *Comment. de Lutheranismo libr. III. Sect. 21. §. 78 pag 268-269.*

(57.) Exhibet eos b. SCHLUESSELBVRGIVS in *Catalogo Hæreticorum libr. 10*, addatur etiam Cel. Dnus D. WALCHIVS in *der Einleitung in die Religions Streitigkeit. auffer der Luth. Kirchen. Tom. IV. pag. 1021 seqq.*

(58.) Summus noster LVTHERVS Schwenckfeldium vocat Eutychnianum. Vid b. MVSÆVS in *Praelectionibus in Epitomen F. C. pag. 379*. Celeb. Dnus D. WALCHIVS in *introduc. in libros Ecclesiæ Luther. Symbolicos pag. 899* ipsum Hæresin Eutychnianam revocasse scribit. Idem fatentur quamplurimi. B. vero MART. CHEMNITIVS *de duabus in Christo naturis pag. 139. 140* Quaternariis eum a censet. Verum hæc non inter se pugnant. Eutychnianos enim exæquationem duarum in Christo naturarum statuentes, recte pro Quaternariis haberi ex superioribus constat.

(59.) pag. 625 et 628.

Ecclesiæ Lutheranæ adpersa fuit, quod a BVLLINGERO et BEZA, in controversiis cum BRENTIO, circa annum 1561 primitus factum esse novimus (60). Non igitur adversariorum suorum accusationibus excitata, ut ferente ita occasione ab omni suspicione semet liberet, sed solo veritatis amore et candore ducta Ecclesiæ Lutheranæ, Schwenckfeldii Quaternitati Eutylianæ contradixit, luculentissimo testimonio à Quaternitate et Eutylianismo, quam in aliis adeo taxabat, se ipsam longe abesse. Idem luculenter testatur nostra, quam publice profitemur, doctrina. Hæc enim, ut recte olim Imperator MANVEL COMNENVVS (61) pronunciavit, via media regiaque inter Eutylianismum Nestorianismumque incedit, nec Deum et hominem a se invicem separat, nec tamen inter se confundit et permiscet, duos potius hosce errores, tanquam totidem extrema, evitare iubet. Sic enim *Symbolum Athanasianum*: (62) Christus licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus, unus autem non conversione Deitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Et *Formula Concordiæ* (63): pia nostra doctrina duæ in Christo naturæ, eorumque proprietates non confunduntur, aut in unam essentiam permiscuntur: (in quo errore Eutyches fuit), neque humana natura in persona Christi negatur, aut aboletur, neque altera natura in alteram mutatur. Et paucis interjectis, „repudiamus atque damnamus, pergit, quod diuina et humana natura in unam essentiam commixtæ sint, et humana natura in Deitatem mutata sit, ut Eutyches furenter dixit“. Plura testimonia totius Ecclesiæ qui desiderat, *Apologiam Formulæ Concordiæ* adeat, ubi Cap. I imprimis, in singulis fere paginis, Eutylianismus Ecclesiæ nostræ, a pluri-

(60.) Vid. b. LOESCHERVS in *der ausführlichen historia motuum* etc. *part. II. cap. IX. §. 13. 14. pag. 220. 221.*

(61.) Apud b. FELLERVM in *crudita Dissertat. inaug. de media orthodoxa religionis inter excessum et defectum via. medit VII.*

(62.) Vid. *Libr. Symbol. pag. 4.*

(63.) *Pag. 609 et 610. Addatur locus pag 777. longior, quam ut hic recenseri queat.*

plurimis Calvinianorum, præsertim Neostadiensibus, affectus repel-
 litur. Sequimur Paulum, qui Coloss. II. 9. Deitatem humanitati
 ceu templo inhabitare dicit, alium vero inhabitantem, aliud ipsum
 esse templum nouimus. Nulla hic inter utrumque nec conuersio
 nec permixtio. Discimus ex eodem D. Apostolo 1 Tim. III v. 16.
 quod ὁ θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, alium autem, qui manifesta-
 tus est, scil. Deum, aliud id in quo manifestatus, scilicet carnem
 esse, certum est. Unionem personalem in assumptione humanæ
 naturæ in hypostasin Diuinæ, et περιχώρησι Diuinæ ponimus, hanc
 tamen nec in συγχύσει, nec in μεταμορφώσει utriusque naturæ, sed
 in eo collocamus: quod Diuina natura humanæ penetrantissime se-
 met communicando, intime ipsi præsens facta, et hæc omnibus donis
 infinitis, s. tota plenitudine Deitatis exornata et repleta sit, Col. II. 9.
 Utimur propositionibus: *Deus est homo, et homo est Deus*, quas perso-
 nales vocamus. Harum fundamentum quærimus in verbis Jo-
 hannis cap. I. v. 14., τὸ ἐγένετο autem nec per conuersionem, nec
 per permixtionem, nec per exæquationem duarum naturarum ex-
 plicamus, sed unice, materiæ substratæ conformiter. *per assumptionem*,
 ceu ex Hebr. II, v. 14. 16. discimus. Eas proprie intelligimus, id est,
 tam vere et proprie statuimus, *Deum esse hominem*, quam vere et pro-
 prie diuina natura humanam in suam hypostasin assumsit, Deusque
 adeo, qui ante assumptionem solum Deus fuit, post assumptionem non
 amplius Deus tantum, sed et homo est: tam vere et proprie statui-
 mus, *hominem esse Deum*, quam vere et proprie humana natura propter
 περιχώρησιν, intimamque immeationem et penetrationem Diuinæ
 naturæ, Diuinam virtutem et Majestatem sibi tanquam templo suo
 habet inhabitantem, adeoque propter ἐνδίκησιν vere et proprie Di-
 uinitatem λόγος in se possidet. Diuina idiomata humanæ naturæ
 esse communicata asserimus, sed non nisi κατὰ συνδυάσιν, quæ talis
 est uniendi modus, quo alterum unitorum cum altero concurrat
 ad ens unum constituendum, ut *essentiâ distincta manente*, alterum al-
 terius proprietatem, vim et efficaciam, per et propter unionem, sine
 omni confusione et conuersione vere accipiat et participet. Sicut
 enim ignis ferro unitus suas proprietates, sine omni confusio-
 ne, conuersione et exæquatione communicat accidentaliter, ita ut
 ipsum

ipsum ferrum sit ignitum et lucidum, ita et λόγος per et propter unionem, sua ἀνχήματα carni communicat personaliter, ita ut Diuinæ naturæ proprietates *natura humana*, à *Diuina quidem essentialiter distincta*, eidem tamen arctissime et indissolubiliter unitæ, per et propter arctissimam unionem et ineffabilem περιχώρησιν communicentur, sine ulla sui multiplicatione et transfusione, ad communem possessionem, usurpationem et denominationem (64). Adhibemus in explicanda hac doctrina terminos, *Deificationis, carnis Deificata*, σαρκὸς λογωθείσης, τεθεωμένης, ἀποθεωθείσης et θεοθείσης, quos imprimis JOH. DAMASCENO debemus, quique aduersariis nostris imprimis sunt offensici. Verum non quid ex eorum præconceptis opinionibus significare possint, sed quid ex usu totius Ecclesiæ veræ et puræ significare debeant, videndum est. Quemadmodum enim per *incarnationem Filii Dei*, quem terminum Scriptura S. ipsa adhibet, 1 Tim. III. v. 16, Joh. I. v. 14, Ebr. II. v. 14. nec intelligimus, nec intelligere possumus, conuersionem Diuinæ naturæ in humanam: sic vicissim *Deificationis, carnisque Deificata* terminus, non conuersionem humanæ in Diuinam significat; sed potius id volumus: quod Diuina virtus et Majestas ita fit humanitati communicata et appropriata, ut hæc illam vere et realiter *in se* (non extra se, quod Nestorianum,) habeat ac possideat, donisque infinitis s. tota plenitudine Deitatis exornata et repleta fit, vid. Coloss. II. v. 9, ubi Deificatio humanæ naturæ nostro sensu suum habet fundamentum. Secus qui mentem nostram exposuerit, vel turpem ignorantiam, vel calumniandi libidinem manifeste prodet.

Hæc omnia cum ita sint, et toties ab Ecclesia Lutherana à primis temporibus, postquam durum illud aduersariorum suorum iudicium experta fuit, publice declarata et subinde repetita fuerint,

(64) Quia humanæ naturæ assumptæ non essentialiter, sed personaliter communicantur attributa Divina, non propterea humana fit diuina natura, sed manet in sese quod est, et exornatur saltem infinitis donis, verba sunt b. QVENSTEDII. in *System. Theol. Part. III. Cap. III. membr. I. Thef. LXXIX pag. m. 102.*

runt; mirandum sane est, Calvinianos, non antiquiores tantum (65), sed quos præcipue nunc innuo, etiam recentiores (66), cramben toties coctam et cum nausea propositam iterum recoquere, argumento- que ab invidia ducto, nosmet laceffere. Certe si quod unquam, quo animo erga nos, quibus Fratrum A. C. nomine alias blandiri solent, fe- rantur, hæc criminatio luculenter testatur. Nolo nunc paribus re- ferre paria, alias de Nestorianismo Ecclesiæ Calvinianæ in Colloquio Mompelgartensi jamjam a nostris objecto, et in hunc usque diem de- feso, multa commemorare, quid? quod non commemorare, sed ar- gumentis omni exceptione majoribus corroborare, et contra recentio- rum conatus, ex isthoc se extricandi laqueo, multa non citra rationem proferre possem, siquidem tempus nunc permetteret, et scopus id necessario requireret. Dolendum interea, Calvinianos hac ipsa ca- lumnia,

(65.) Contra hos ex instituto strinxerunt calamum b ABRAH. CALO- VIVS, s. potius sub ejus præsidio, M. Ioh. WOLFIVS, in dissert, quæ *Eutychnianismum Lutheranum σκελετωδῆν exhibet. Witteb. 1680*, et Matth. ZIMMERMANNVS in *Histor. Eutychnianismi*, quam sub personato THEOD. ALTHVSII nomine edidit *Lipf. 1659*.

(66.) Recentiores Calviniani eadem contra nos calumnia pu- gnare non erubescunt, ea saltem cum differentia, quod Euty- chianismum nobis imputatum, non uno eodemque modo expli- cent, et mox conversionem, mox mixtionem, mox consubstantia- tionem, mox transfusionem unius naturæ in alteram, mox natura- rum exæquationem; hæcve omnia nobis mox ceu sententiam nostram actu affingant, mox ex nostra ceu manifesta absurda consequi asse- rant. Testes produco SAL. van TILL, qui in *Compend. Theolog. pag. 156 157*, illud *ἀσυγχύτως*, quod Eutychnianis olim opposuit Con- cilium Chalcedonenſe, etiam nobis inculcandum esse, et a Consu- bstantiationis doctrina, *quam statuamus*, multa à vero aberrantia gi- gni dogmata putat, FRANC. BVRMANNVS in *Synops. Theol. Tom. posteriore pag. 31* Lutheranos imitari Eutychnianos calumniatur, et naturarum unionem in Naturæ humanæ cum Diuina exæquatione collocare nugatur, BENED. PICTETVS in *der Christlichen Gots tesgez*

lumnia, haud levia Ecclesiae nostrae intulisse damna (67), optandumque, ut tandem desistant aliquando, adversarii, reos nos agere errorum, qui ne per somnium quidem nobis in mentem venire potuerunt, confessionibusque, et quod praecipuum est, argumentis nostris concedant locum, ut quemadmodum STAFFERVS (68), vi veritatis victus, de nobis sentiant omnes: „*Tenendum, male a nonnullis Reformatis* (a pluribus autem, ne dicam omnibus, id fieri certum est) *Fratres A. C.* (addo *invariata*, et sic non agnoscimus pro fratribus nostrae Confessionis, qui in fundamentalibus veritatibus nobiscum in contradictoriis versantur) *Eutychnianismi fuisse accusatos. Omnis enim alia ab ipsis Communicatio rejicitur et sola ἐκείνη, sola συνδυασίς, rebus explicandis ab iis adhibetur*“. EDELMANNVM vero impudentissimum illum blateronem et nugivendum pudeat, quod versatus in celeberrima Lutheranorum Academia Ienensi, et per quadriennium Theologis laudatissimis praceptoribus usus (69), nostrae Ecclesiae doctrinam non melius imbiberit.

Certe Civis Academiae O. O. H! in pure conservanda hac doctrina, prout eam Propheta, Christus et Apostoli tradiderunt, omnis nostrae

tesgelahrheit Tom. I pag. m. 179 doctrinam nostram exagitat, istiusmodique consequentias nectit, quae Eutychnianismum aperte produunt WYTTENBACHIVS in *Tentam. Theol. dogmat. Tom. II. Loc. VIII. §. 89* pag. 707 propositiones personales proprie intelligi non posse, exinde vult colligere, quia alias aut natura divina humanam, aut humana in Divinam transmutata conuersaque dicenda foret. Quid igitur de nobis sentiat, exinde palam est.

(67.) Testimonium praebet exemplum Electoris Brandenburgici IOHANNIS SIGISMUNDI glor. mem., de quo vid. b. CYPRIANVS in dem Unterricht von kirchlicher Vereinigung der Protestanten Tom. I. pag. 259 et Tom. II. pag. 76.

(68.) In *institut. Theolog. Polemicae uniuersae* Tom. V. cap. XX. §. 129 pag. 235.

(69.) Vid. S. Vener. Dn. PRATIE in den historischen Nachrichten von Joh. Christ. Edelmanns Leben 2c. pag. 17. 18.

nostræ Ecclesiæ cura est posita. Inter fundamentales enim doctrinas eam collocat, a qua multa aliæ, de satisfactione, de justificatione et S. Coena robur suum expectant, quæ illa aut stante aut cadente simul aut stant aut cadunt. „Certe, teste *Formula Concordiæ* (70), hoc post illud Trinitatis summum est mysterium, in quo solo tota nostra consolatio, vita et salus posita est“. Doctrina vero tanti ponderis, tamque ardui momenti id merito requirit, ut quid nobis inculcet intueamur venerabundi, finesque Divinos meditemur sollicitè, ad quos ex asse consequendos Filius Dei in carne manifestatus fuerit: scilicet, ut Ecclesiam suam sanguine suo redimere potuerit, Act. XX. v. 28. Deus enim, postquam venit tempus plenum, emisit Filium suum, natum ex muliere, factum Legi subiectum: ut eos, qui Legi erant subiecti, redimeret, ut adoptionem acciperemus Galat. IV. v. 4, 5. O infinitam miseriam, quæ nos pressit, et a qua non nisi per Filium Dei in assumpta humana natura liberari potuimus, quem oportebat esse hominem, ut sanguinem fundere, Deum vero, ut *λυτρον* infiniti valoris soluere posset Hebr. VII. v. 26. 27. Hanc nostram igitur miseriam Cives O. O. H. mente volutemus tremebundi, doleamusque ex animo nostras vices, qui per peccatum in tantam detrusi jacemus infelicitatem, ex qua in omnem æternitatem eluctari haud potuissemus, nisi Filius Dei per sanguinem foederis, quem aliquando ex Maria assumpsit, ad æterna vincula nos damnatos, ex fouea *αυθης* nos eduxisset, Zachar IX. v. 11. Sciamus autem solam acquisitionem tantæ felicitatis nobis non sufficere, nisi accedat ipsa applicatio. Hinc per Spiritum S. intra debitum gratiæ ordinem ad Christum duci nos patiamur, ut viva cognitione nostræ miseriæ fracti, gratiam per Christum incarnatum anhelemus, ex toto corde suspirantes: O Iesu paruule! nach dir ist mir so Weh, et vera fiducia, vi uniuersalium Euangelii promissionum Christum intueamur, etiam nobis in indiuiduo destinatum Redemptorem animæque Saluatorem, ut tandem cum *ωληγοφορια* discamus in schola Spiritus S. cælestis nostri Doctoris, exclamare; Wohlan! so will ich mich an

(170) Pag. 606, 607, 608.


an dich mein JESU! halten. Und sollte gleich die Welt in tau-
 send Stücken spalten. O JESU! dir, nur dir, dir leb ich ganz
 allein, auf dich, allein auf dich, mein Heiland! schlaf ich ein. Cum
 vero ardua illa de unione personali doctrina, teste Paulo, non solum
 ὁμολογούμενος μέγας, sed etiam sit μυστήριον τῆς εὐσεβείας, etiam
 nostri quid sit officii perpendamus sedulo, motiuæque momentosa,
 quæ ad pietatem haudinfucatam nos exstimulant, mente Deo Chri-
 stoque deuota, pensitemus sedulo. Illuxit enim salutaris gratia
 omnibus hominibus παιδεύεσθαι, Tit. II. v. 12. Unicum saltem ex
 permultis suppeditabo motivum. Quanta enim quæso! naturæ no-
 stræ humanæ contigit gloria, quod Christus eam in hypostasim
 diuinæ suæ naturæ assumerit, seque adeo intime cum ipsa uni-
 uerit. Gloria certe! qua Angelos antecellimus, Hebr. II. v. 16.
 Absit igitur a nobis, ut gloriæ hujus obliti, naturam nostram ad-
 eo honoratam dehonestemus, regnoque tenebrarum nos deda-
 mus, peccatoque seruiamus, sed potius id gratia Spiritus S. ad-
 juti unice agamus, ut quemadmodum in humana Christi natura
 habitat tota plenitudo Deitatis σαματικῶς et personaliter, ita in
 nostra habitet cum Patre et Spiritu S. Christus θεάνθρωπος mystice,
 adeoque unio personalis nobis euadat motiuum ad unionem my-
 sticam. Sic pie transigemus dies hosce Natiuitati Christi conse-
 cratos, imo totam nostram vitam, vereque in nos quadrabit effa-
 tum Ecclesiæ antiquioris:


ὍΥΑΕΝ ΠΟΝΗΡΟΝ ΠΡΑΤΤΕΙΝ, ΤΟΤΤΟ ΕΟΡΤΗ





P. P. SUB SIGILLO PRO-RECTORALI ACADEMICO,
 FERIA I. NATIUIT. CHRISTI MDCCLIII.











egere potuit, nisi alia lux accesserit (Conf.
tullum igitur, praeter solem, corpus lucidum
o hoc phaenomenon nocturnum suos radios
offet. Ex sole nempe sub horizonte nostro
r aërem densiorem circa polum ad nos va-
onibus & reflexionibus peruenient.

XXVII.

at quidam, fieri haud posse, vt radii circa
tot milliaria refringantur. At experimen-
ra est potestate, quod possibilitatem huius

Fiat camera obscura & immittatur in illam
Suspendas filo globum vitreum cauum,
as aqua repleta est, ita vt hic radius solis in
rtem huius globi vitrei incidat nempe ex E
fig.), & observabis, hunc radius per vi-
ram refringi in B, & pars huius radii tran-
in aërem liberum. Altera vero pars re-
C, & pars huius radii per priorem reflexio-
anslati iterum per vitrum in aërem trans-
altera pars autem reflectetur in D & per vi-
ressa per refractionem eam directionem ac-
rimum & plenum radius solis in E secet, &
o camerae obscurae cum coloribus iridis se-
) Quod experimentum, satis euincit, radi-
ore pellucido figuram sphaericam habente
refractiones & reflexiones circumduci

Celeberr. Hambergeri Elem. Physices §. 454. 455.

C 2

XXVIII.

